



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**


**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

De Monasterijs Regularium nouiter erigendis. Cap. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**



IO· CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER SEPTIMVS



DE REGULARIBVS, ET MONIALIBVS.

SV M M A R I V M.

- 1 **N**onasteria Regularium erigi non possunt sine licentia Episcopi, in cuius diœcesi erigenda sunt.
- 2 Et an possint reædificari sine huiusmodi licentia.
- 3 An ante erectionem requiratur consensus Priorum aliorum monasteriorum.
- 4 Quando ad id requiratur consensus Incolarum.
- 5 Quid si edificantur hospitia.
- 6 An licentia Episcopi requiratur, si Regulares de loco non sano, seu incommodo ad saniores, vel co-

modiorem monasterium trans-

ferant.

7 Monasteria nouiter erigenda, in quibus 12. Religiosi substentari, ac inhabitare non potuerint, Iurisdictioni ordinarij subiiciuntur: declaratur num. 8: An ad id requiratur consensus Parochi, in cuius Parochia monasterium est erendum.

Constructio fieri, non debet infra spatum 140. kannarum inter unum, & alterum monasterium.

11 An hoc locum habeat in magnis & populatis orbibus.

Quæ requirantur ad monasteria monialium erigenda.

CAP.

## C A P. I.

De Monasterijs Regularium no-  
uiter erigendis.

Vamus per tex. in c:  
 1. de excessu Prelat. veritum fuerit mendicantibus, ne acquiri tere possent noua loca ad habitandum absque sedis Apostolice facultate, hodiè tamen sufficit solius Diceciani Episcopi licentia ex dispositione Concilii Tridentini sess. 25. de Regul. cap. 3. ibi, nec de cætero similia loca erigantur sine Episcopi, in cuius Dicecisi erigenda sunt, licentia prius obtenta, ut aduertit etiam Sorb. in ver. adificare vers. circa §. 20. Legan: in sum. qq. reg. tom. 3. ver: Episcopus quoad Regulares num. 3.

Ex quo infert Ricc: in Prax. for. eccl. par. 4. ref. 339. quod ecclesia, seu monasterium reedificari non potest sine licentia Episcopi, si funditus destructum sit.

Notandum est autem, quod ad id non solum vocari, & consensu prestare debent Piores, seu Procuratores aliorum monasteriorum in illis locis, vbi erigenda sunt monasteria, sed etiam in alijs per quatuor millia passuum circumiacinis, nisi alias ipsi Episcopo constituerit Religiosos monasterij erigendi absque detimento Religiosorum aliorum monasteriorum iam ectorum commode, & congrue manuteneri posse; quod si in illis nulli alij Regulares reperiantur, predicta eretio cu

consensu iacolarum, & habitatorum eiusdem loci facienda est ex constitutione Clementis VIII: incipit Quoniam ad institutam, apud Plasac. in Prax. Episcop. par. 2. c. 3. num. 47. & ex constitutione Urbani VIII: incipit Romanus Pontifex, apud Legan. in sum. qq. reg. to. 3. ver: Episcopus quoad Regulares n. 4: & ex decreto Sac. Congregationis edito sub die 17. Augusti 1622. apud Barbo. post. 3. par. tractat. de offic. & pot. Episc. fol. 65:

Obseruant tamen Doctores, quod dicta constitutio Clementis VIII non comprehendit hospitia ita decisum refert Ricc. in collect. decr. 2269: par. 6. Vulp: in Prax. iudic. cap. 42. num. 21.

Obseruant 2. quod licentia Episcopi non requiritur, quando Regulares conuentum de loco non sanco, seu incommodo ad sanitatem, vel commodiorem transfrunt: id enim possunt facere Regulares ex privilegio Sixti IV. minoribus concessio, ut dicunt DD. apud Dian. par. 3: tr. 2. ref. 136. vbi etiam addit, huiusmodi privilegio non suisse derogatum per Concilium Tridentinum, quia loquitur tantum de noua creatione & edificatione domorum, non autem de mutatione.

Item ex dicto decreto Sac. Congreg. prohibetur, ne monasteria de novo erigantur, nisi in eo salte duodecim fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, atq. ex consuetis eleemosinis subsistari valeant: alioquin monasteria huiusmodi posthac erigenda, in quibus 12. religiosi, ut supra, substan-

- Hentari, atque inhabitare nō potuerint, & actu non habitauerint, ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodē iurisdictioni subiecta esse intelligentur iuxta aliud decretum Sac. Cong. Concilij sub Urbano VIII. quod resert Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 26. n. 7. vers. verumquia.
8. Eadem tamen Sac. Congregatio declarauit, hoc decretum eas tamē Religiones comprehendere, quae non consueuerunt oneram missarū recipere, ut sunt Capucini, & Religiosi Societatis Iesu, ut resert Barbos. loco cit. par. 3. all. 98. num. 8.
9. Pięterea requiritur consensus Parochi, in cuius Parochia monasterium est erendum secundum Riso. in Prae. foriecole, par. 4. ref. 298. por. 2. ex. int. cap. quicunque 16. q. 1. verum ibi textus non exposcit cōsensum Parochi, sed Episcopi: & ideo sufficit, si erectione monastetij fiat sine preiudicio ecclesiae parochialis, ut colligitur ex d. cap. quicunque, & cap. eccl. ead. q. 1. audiri tamen debet Parochus iuxta citatam constitutionem Clementis VIII cum in hoc habeat interesse ratione iurium parochialium, ut notat etiam Guid. Fap. dec. 360. num. 1. Barbos. d. par. 2. all. 26. num. 6.
10. His adde, quod huiusmodi constructione fieri non debet infra spatiū 140. cannarum intervaum, & alterum monasterium iuxta constit. Clem IV. & Sixti IV. apud Sorb. in ver. edificare. S. 16. & 19. exceptis monastetij statrum Minorum de obseruantia, à quibus
- tercentum cannarum spatio distare debet domus, seu monasterium a Regularibus alterius ordinis mendicantis erigendum ex constitutione 2. Iulij II. quam resert Barbos. d. all. 26. num. 6. vbi subdit, huiusmodi constitutiones non esse vni receptas in magnis & populatis Vrbibus, in quibus vicinissime noua monasteria edificantur ut notat etiam Sorb. loco cit. vers. quoad. dispositionem: in his enim cessat ratio dicta prohibitionis, quae fuit, ne unus Conventus alteri impedimentum, seu detrimentum afferret.
11. In erendis vero monasterijs monialium non solum requiritur consensus ordinarij, sed etiam speciale indultum sedis Apostolice: nec erigi possunt, nisi in locis muro cinctis, & vbi adest copia confessariorum, vel facultas cōducēdi confessariū aliunde, dummodo illis annuis redditus saltem scutorum 300. pro duodecim substantandis assignetur; non tamen erigi debent in ijs locis, in quibus monasteria prius erecta laborant inopia, ut resolut. Sac. Congreg. apud Lezan: in Summ. neg. tom. 1. cap. 25. num. 43. Barbos. d. par. 2. all. 26. num. 7. Nec possunt moniales in monasteria nouiter erecta introduci, seu transserri, nisi eadē monasteria auctoritate Apostolica extructa fuisse prius constitutit, ipsaque prævia visitatione earumdem monialium capacia, eisque accommodata, atque ita absoluta reperta fuerint, ut Cemeterijs, ulijsque fabris nulla edificationis causa in ipsa postea in-

grē-

grediendi necessitas relinquatur  
ex decreto Sas.. Congreg. apud Le-  
zan. in Sum. io. 3. ver. clausura nu-  
mer. 13.

idv SV. M. M A R I V M.

- gor. XV. prefixo Conservatores  
non elegerunt, possunt illos ad-  
buc eligere.  
14 An posse Conservator vice sua  
alijs committere.  
15 An munus Conservatorum cesse  
per mortem Pape.

### C A P. II.

#### De Regularium Conservatoribus

- 1 Regulares, qui sibi Conservatores  
elegerunt, coram ipsis Conservato-  
ribus conueniri debent, sed  
alios conuenire non possunt.  
2 Quam penam incurrat Conserva-  
tor exceedens limites sua facul-  
tatis. Item qualiter puniatur pars, que  
hoc fieri procurauerit, ibidem.  
3 An Conservatores possint eosdem  
Regulares defendere à manife-  
stis iniurijs.  
4 Et an possint procedere contra de-  
bitores ex causa ciuili.  
5 De qualitate notorijs prius con-  
stare debet, quam cognoscat de  
manifestis iniurijs.  
6 An Conservatores possint con-  
siderare causas in prima instantia.  
7 Quando regulares coram ordina-  
rio conueniri possint, & nu-  
mero 13.  
8 Declaratur textus in cap. fin. de  
offic. deleg. in 6.  
9 An possit ordinarius punire dele-  
gatos, qui sue iurisdictionis li-  
mites excedunt.  
10 Qui nam possint eligi in Conserva-  
tores.  
11 An iij, qui eliguntur in Conserva-  
tores, teneantur munus accepta-  
re.  
12 An posse ordinarius alium in-  
locum Iudicis Synodalnis absen-  
tis, vel defuncti substituere.  
13 Regulares, qui in termino à Gre-

- Regulares, qui sibi co-  
servatores elegerunt,  
in ciuilibus causis co-  
ram ipsis Conservato-  
ribus conueniri quidem, aut tra-  
hi debent, sed alios conuenire  
aut trahere non possunt, ita, ut  
memorati conservatores in cau-  
sis, in quibus regulares actores  
fuerint, nullam prorsus iurisdi-  
ctionem habeant, sed tantum in  
ijs, in quibus rei extiterint ex  
confit. Greg. XV. incip. Sanctissi-  
mus, quam refert Barbos. de offic.  
& pot. Episc. par. 3. all. 106. nn. 55:  
3 Si vero suos limites scienter ex-  
cesserint, per annum ob officio  
Conservatoris huiusmodi suspen-  
si sunt, & pars, que hoc fieri pro-  
curauerit sententiam excommu-  
nicationis incurrit cap. fin. de offic.  
deleg. in 6: & constat etiam ex di-  
cta constitut. Greg. XV. 5. ad hæc.  
3 Observa tamen i. quod huius-  
modi Conservatores possunt etiā  
à notorijs, & manifestis iniurijs,  
& violentijs defendere Regula-  
res, dum à suis deiciuntur pos-  
sessionibus, & proprijs bonis vti,  
ac frui de facto impediuntur; etiā  
si in hac parte actores sint, dum-  
mo